Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Romanorum Quis enim pater suus fuit cui hoc unde non possit. Si referentibus credere nolit. Si enim nolunt credere nisi quia ipsi unde omnino nihil est mundi quia preterita non credimus de futuris nihil sumus et in momento puncta transire unde. Sunt ergo nobis credenda preterita quia successiones ad nos digne et auctentias litteris sunt adducta. Si credimus scripta iustiniana platonica et Aristotelica dicta ad nos per uiros paganos et preter plenos per multa tempora deuoluta quomodo non sit credenda christi euangelia ad nos per viros tam fidelissimos deportata quorum fuit clarissima uita signis et miraculis approbata Vt omnis mundana machina ab eis fuit subiugata. Talia ei fecerunt opa ut nulla fuit gens adeo barbara que non subiecerit fidei iugo colla. Stem si creditur litteis eporum Si legibus principum Si dictis philosophorum Si litteis mercatorum Si instrumentis notariorum hominum peccatorum multo forcius credendum dictis uiuorum uita clarissima Quia quia dauerunt ipsum primo obseruauerunt signis et miraculis probauerunt et pro eis mori non dubitauerunt. Sunt ergo pro certo credenda christi euangelia quia non occulte Sed fuerunt publice predicata et coram omni populo famosissimo templo dei stupendis hiis miraculis approbata a quo nobis data est sacra Valde ergo rationabiliter baptismus in aqua institutus fuit et ne signaculis et quia liquor corporis quia hii ab omnibus possit cum sit sacrum necessitatis. Nam et mirabiliter hec natura dedit hominibus balnea in mirabile diuisa cum uaria morborum genera ad sanandum hec mortalia corpora igitur quid miraris. s. sima natura in aquis animarum instituit sacra sanctatem interiorem consecrando ex pactione diuina Nunquid non ita dicet in aqua omnis turbida et lauanda ad quid enim aliud instituit Vt aqua a mari egrediens et per uenas terre decurrens